

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

Cap. VIII. De Titulis.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082

RATIO LEGENDI AUTORES

zulum referatur, ita tamen ut rubrica alia constituitur pro Transsubstantiationis natura, alia pro modo, alia pro Transsubstantiationis tempore &c. Sic vox Papa, non quidem referatur ad Articulum de Ecclesia, sed tamen alius sit titulus: Papæ nomen, alius Papæ potestas Episcopalis; Alius, Papæ potestas secularis, alius, Papæ infallibilitas, atque ita deinceps, si circa vocem aliquam multe controversie incidant, vox distinguatur juxta causas, effecta, attributa, & cuique peculiaris titulus assignetur, &c. Hanc colligendorum Locorum Communium rationem, & ego facillimam & optimam esse iudicio, eamque B. D. Bossaccus in adornandis suis Moralibus sequutus est.

CAP. VIII.

De Titulis.

§. I. **U**T nihil excerptum, quin nomen ipsi detur, & certus titulus præscribatur, ita tituli in Codicibus nostris ordine constituti & dispositi memorabilibus & notatu dignis dictis sententiis & exemplis sunt implendi, non notis vacui relinqvendi. Vulgaris mos est, grandes tomos Locis Communibus destinare, atque magnum titulorum exercitum conscribere sed plus plerumque hic chartæ, quam scripturæ reperiens.

ET L. C. COLLIGENDI.

peries. Hinc Gilbertus Voëtius Biblioth. studioſi Theolog. pag. 14. Ut dicam, inquit, quod ſentio; Pauci ſunt, qui Locos Communes à ſe diſpoſitos aut implent, aut poſtea curant. Evenit hinc plerumque illud: Principium fervet &c. Plerosque ultra titulorum conſignationes vix procedere videas.

§. 2. Titulus uno vel certe paucis verbis debet multa complecti, ſcil. quod aliquot periodis continetur, titulus uno vel altero verbo debet exprimere & repræſentare. Tituli ita ſunt faciendi, ut iis leviter inſpectis mox totam hiftoriam (ſententiam) quam ſignant, in memoriam reducant, inquit Drexelius Aurif. part. II. cap. IX.

§. 3. Non ſolum ſunt ponendi Tituli univerſales vel generales, v. g. Deus, Chriſtus, Parentes, Gloria, Divitiæ, Papa &c. Ejusmodi enim generalibus titulis multa & varia ſubjici poſſunt, unde oritur maxima confuſio, & res inventiendi difficultas. Sed generalibus illis titulis, ſubjiciendi ſunt tituli ſpeciales, & quandoque integra propoſitio, materiam ſubjectam ſummatim indicans vel repræſentans, v. g. Dei varia nomina, Dei cura pro piis, Chriſty Redemptor Mundi, Parentes ſunt honorandi; Gloriæ fumus pretioſus, ſed momentaneus; Divitiæ ſpinis ſimiles, vel brevius; Divitiæ ſpina. Papa eſt Antichriſtus.

Ddd

Chriſtus

RATIO LEGENDI AUTORES

christus. Papa non est infallibilis &c. Addi quoque interdum possunt titulis generalibus particula discretivæ, ut æquipollean specia- libus, v. g. Parentes quid? Divitiae unde? Re- cte Alstedius in Consilio de adornandis L. C. p. 303. Titulus [generalis] habeat suos subtitulos (titulos speciales.) Tituli majoribus, subtituli minoribus scribantur literis.

§. 4. *Cum titulus instar vestigii alicujus sit, cujus beneficio illud indagamus, & invenimus, quod inquirimus, necessarium est, 1. ut titulus propriis & usitatis verbis concipiatur, 2. ut majusculis literis scribatur, ut discrimen sit inter titulum & excerptum.*

§. 5. *Titulus rei annotanda cum judicio est formandus, illudque sedulo attendendum, ut id primo loco ponatur, quod rei caput & cardo quaestionis, sive quod in unaquaque re ac sententia primum est, & notius, v. g. si de Victoria sermo sit, non est titulus ita formandus, A solo DEO est victoria, sed ita; Victoria est à solo DEO, Nam in hoc titulo caput rei est, Victoria, & sic hic titulus in serie Alphabeticâ non ad litteram A. sed ad litteram V. est referendus. Pari ratione, quando aliquid notatu dignum occurrit de Amore sui, de Peccatorum effectis, de Ma- lorum consortio, &c. ita verba in titulis sunt ordi-*

ET L. C. COLLIGENDI.

nanda; *Amor sui est truculenta bestia; Peccata sunt omnium malorum causa; Malorum consortium est fugiendum*

§. 6. Inter excerptum & subsequentem titulum specialem relinqvatur spatium duorum vel trium digitorum, partim ut facilius titulus ab excerptis discerni possit, partim ut autores, qui eandem sententiā habent, sequente tempore forte legendi, addi possint, jam notatis. Autores inquam, i.e. Liber, caput, paragra-phus, pagina, non ipsorum verba formalia.

§. 7. Tituli speciales, sive ut *Alstedius* appellat, *subtituli*, v.g. *Conjugii causa efficiens, materialis, formalis, adjuncta, contraria, commoda, incommoda* &c. quia innumeri sunt, simul & semel assignari non possunt, relinqvendum itaque aliquod spatium, ut successu temporis, pro re natā, addi possint.

§. 8. *Excerpta sub congruis locis ac titulis referenda sunt.* Dicitur quidem solet; *de stabulo non litiges, modo tui armenti pecus sit.* Ita non esse anxie agendum, modo excerptas, etiamsi non semper convenientissimè Excerptis assignetur locus. Attamen nisi singula suis locis, & certis velut cellulis reponantur, memoriae nullum subsidium paratur, & res difficulter invenitur. Nec quicquam obest, eandem se-